pꝛobabilibus pꝛopoſitis/quid illoꝝ pro
babilius habendū ſit. Pꝛetactū eſt inſup
de reſolutiōe facienda ad terminos iuris
diuini/vbi humana iura diſſonare adin
uicem vel cōtra caritatē viderent̄ militare
Ita enī fieri neceſſe fuit pro ſedatōne ſciſ
matis p concilij generalis conuocatōem
ſine papa recepto p om̄es qui cōuenerāt
et per iudiciū cōcilij ſup vtroſq̄ʒ cōtendē
tium de papatu. Non obſtante lr̄ali ſono
decretoꝝ/quod nec conciliū euocari po/
teſt ſine papa. nec papa poteſt a toto con
cilio iudicari. ¶ Sed hec hacten⁹: prote
ſtatōe ſubiuncta. ꝙ nihil hic vel alibi/te/
merarie loqui pꝛopoſitū fuit. nihil cū cō/
ſcientia vel detractōis vel inoꝛdiati fauo/
ris. vel amaricati coꝛdis. nihil deniq̄ʒ in
fauoꝛē illicitoꝝ cōtractuū vel cōtrahenti
um. p̄ſertim vſurarie pꝛauitatis. quā no/
uimus tam diuino q̄ʒ humano iure dam
natam.

¶ Finit tractatus de cōtractibus.

# Incipit tractatus eiuſdem de ſymonia.

Uper materia ſymoniace la
bis in collatōne bn̄ficioꝝ p
papā reſoluēdo materiā ad
radicē ſcripture ſacre. qua di
miſſa pcurrere ramos opini
onū ꝑticularium fine caret. ponitur hec
vnica concluſio:

Symoniaca labes ɔtra ius diuinū
vel de ſymoniaca ſpē ſuſpectū eſt
in conferēte bn̄ficiū eccl'iaſticū (etiā ſi ſit
papa) exigere vl' extoꝛq̄re a bn̄ficiādo/pm
ptam pecuniā/ſub titulo pꝛimoꝝ fructu
um/ac ipedire poſſeſſiōeʒ ꝛ officiatōnem
ſuā q̄uſq̄ʒ ſoluerit illā pecuniā. Deduce/
mus ɔcluſionē hanc/p̄mo ex ſeptē ſuppo
ſitōibꝫ/fundatis in iure diuino. ¶ Debic
r̄ndebim⁹ ſeptē obiectōnibꝫ. ¶ Subinde
ſeptē ɔſideratōes vel doctrinas adijciem⁹

Pꝛima ſuppoſitio.

Upponit̄ pꝛimo p pbatiōe/ꝙ in
bn̄ficio p̄ſertim hn̄te curā aiaruʒ
ſunt hec duo ſcʒ officiū ꝛ bn̄ficiū. Benefi
ciū autē (ſicut dici ſolet ꝛ veꝝ eſt) dat̄ pro
pter officiū. Un̄ ad ius ꝛ obligatōem offi
ciandi/ɔpetit ius bn̄ficiū recipiēdi. ſicut
infra docebit̄/ex oī iure. Propterea nō de
bet obligari q̄s ad officiandū/p traditōʒ
oꝛdis ſacri vel alias/niſi bn̄ficiū. i. ius re/
cipiendi ſuſtentatōem vite ſiml' annectat̄

Secunda ſuppoſitio.

Upponit̄ pterea/ꝙ officiū eccle/
ſiaſticū qn̄q̄ʒ ſumit̄ p iure offici/
andi. Qn̄q̄ʒ p obligatōe ad officiandum
Qn̄q̄ʒ vero p ipſo actu officiandi. ¶ Eſt
autē hm̄oi act⁹ ſic deſcriptibilis ꝙ eſt exer
citiū aliq̄ȯ impēſum ad vtilitatē alteri⁹ vl'
alioꝝ/p ɔſecutōe felicitatis eterne. ꝛ dam
natōis euitatōne. Un̄ p hanc vltimā clau
ſulā/differt officiū eccl'iaſticū/ab officio
tpali vel ciuili. videlicet rōne finis pꝛimi
ſeu pꝛincipalit̄ intenti/qm̄ finis pꝛimus
officij ciuilis/eſt felicitas ſeu tranq̄llitas
politica vite p̄ntis/officiū āt eccl'iaſticuʒ
hʒ finē altioꝛē/videlʒ ſalutē eternā aiarū.

Tertia ſuppoſitio.

Upponit̄ inſup ꝙ hec tria/pure
ſunt ſpūalia/ſcilʒ ius ad offician
dū quod dat̄ a ſupioꝛe vocāte vel eligente
qꝛ nemo aſſumit ſibi honoꝛē ſm apl'm ſʒ
q̄ vocat̄ a deo ſicut aaron. Silr̄ obliga/
tio ad officiandū cōſurgit ex conſenſu ſu
ſcipiētis hoc ius vel honoꝛē. Silr̄ actus
officiādi/ſpūalis eſt rōe finis vel obiecti.
ꝛ vt freq̄nter rōe ipſiuſmet obſequij. ſicut
ſunt baptiſare. p̄dicare. oꝛdinare. celebra/
re miſſam abſoluere et ita de reliquis.

¶ Quarta ſuppoſitio

Upponit̄ amplius/tanq̄ʒ ſuffici
enter et expꝛeſſe determinatuʒ de
iure diuino p chꝛiſtū ꝛ p apoſto/
lum/ꝙ ad officiuʒ eccleſiaſticū ſic trifarie
ſumptū/pꝛo iure/pꝛo obligatōne. et pꝛo
ipſo opere/coꝛreſpondet beneficiū trifa/
rie pꝛopoꝛtionabiliter ſumptū. ſcilʒ pꝛo
iure. pꝛo obligatōne et pꝛo ipſo opere.
Unde beneficiū p ipſo iure ſic poteſt de/
ſcribi. ꝙ eſt ius recipiendi ſuſtentatiōem
vite tempalis condecentē/ratōne ſui ſpi/
ritualis officij. ¶ Obligatio autē ad be/
neficium pꝛeſtandum/conſurgit ex obli/
gatōne que eſt ad officiandū. Unde illi q̄
pure ſponte miniſtrant ſpiritualia/non
ſemper obligātur illis quibus fit hec mi/
niſtratio. quin habeant curatos vel p̄la/
tos ad hoc ipʒ eis miniſtrādū obligatos.
alioq̄n duplici contritōe vel onere p̄merē
tur. ¶ Ceteꝝ actus bn̄ficij/actui officij vl'
exercitio coꝛreſpōdet. et hoc vtiq̄ʒ de iure
diuino ꝛ inſepabili. ſicut deducit apl'us
ex multiplici radice ſumpta. nunc a lege

ſcripture. nunc a lege nature Unde ſic ait vbi prius. Quis militat ſuis ſtipendijs vnꝙ? Quis plantat vineã ⁊ de fructu eiꝰ non edit? Quis paſcit gregem ⁊ de lacte gregis non mãducat? Nunqđ ẜm hominẽ hoc dico. an ⁊ lex hoc non dicit? Scriptum eſt enĩ in lege moyſi Non alligabis os bouis triturãtis Nunqđ de bobus cura eſt deo? An propter nos hoc dicit? Nã propter nos ſcripta ſunt. quoniã debꝫ in ſpe q̃ arat arare. et qui triturat/ in ſpe fructus percipiẽdi. Si nos vobis ſpiritualia ſeminamꝰ/ non magnũ eſt ſi nos carnalia veſtra metamꝰ. Si alij poteſtatꝫ veſtre ꝑticipes ſunt/ quare nõ potius nos? Sed nõ vſi ſumus hac poteſtate. ſed oĩa ſuſtinemꝰ: ne quod offendiculũ demꝰ euãgelio xp̃i Neſcitis quoniam q̃ in ſacrario operant/ que de ſacrario ſunt edũt. ⁊ qui altario deſeruiũt/ cũ altari ꝑticipãt? Ita dominꝰ ordinauit his q̃ euãgeliũ enũciant de euangelio viuere. Hec apoſtolus. imo per apoſtolũ dominus.

Quinta ſuppoſitio.

Supponit rurſus ꝙ in his q̃ ſunt ſymoniaca de iure diuino ⁊ nõ ſolum q꞉ ꝓhibita lege humana (vt ita loq̃mur more iuriſtaꝝ) Papa poteſt ꝯmittere ſymoniã/ qm̃ diuine legi ſubijcitur ſicut alius ⁊ dũ trãſgreditur illã/ grauiꝰ peccat q̃nto maior habetur. Cõſtat autẽ prohibitũ eſſe iure diuino vt illõ qđ eſt vere ſpirituale/ queratur emi vel vẽdi. ſicut de Gyeſi ⁊ Symone mago/ ſcriptura ſacra palã tradit. Et ſicut xp̃s ad diſcipulos loquẽs determiat. Gratis accepiſtis gratis date Math. x. Ubi in eodẽ capitulo determinauerat q̃ dicta ſunt de iure bñficij reſpectu officij dũ ait. Dignus eſt oꝑarius cibo ſuo. Et Lu. x. dr̃ mercede ſua

Sexta ſuppoſitio

Supponitur vlteriꝰ ꝙ licet officio papali. rõe iuris ⁊ obligatõnis et operis ſp̃ualis/ cõpetat bñficiũ trifarie ꝓportionabilr̃ acceptũ. nihilominꝰ ip̃e papa nõ p̃t q̃buſcunq꞉ modis voluerit/ bñficiũ illõ exigere vel extorq̃re. ſed iuxta legẽ diuinã qđ iuſtũ eſt iuſte exeq̃tur. et ab oĩ ſpecie mala ſicut iubꝫ apl̃s. ſemet abſtineat

Septima ſuppoſitio

Supponitur cõſequẽter/ illõ iniuſtũ eſſe/ ⁊ tale quale nemo ſibi fieri vellet: ꝙ de beneficio iure debito ip̃i petro/ ip̃ſe det pecuniam prius q̃ꝫ beneficio vtatur ne forte vſurarius ſit. Sic autem eſt in caſu concluſiõis cuiꝰ veritas ex his ſuppoſitiõibꝫ ſimul cõbinatis videtur eẽ ſufficiẽter oñſa. Cuiꝰ deductõis applicationẽ omittimꝰ. que virtualit̃ ⁊ reſolutiue ſtat in hoc. ꝙ ius ſuſcipiendi temporalia quantũcunq꞉ tẽꝑalia videãtur/ eſt pure ſpirituale: ratione finis et obiecti. propterea beneficiũ eccleſiaſticũ. non magis poteſt vendi q̃ꝫ officiũ cui neceſſario connexum eſt/ quale tamen officium/ non eſſe vendibile/ nemo neſcit.

## Obiectiones

Prima obiectio

Sed opponitur ex radice multiplici. Primo quia ſicut ex antiqua lege decime decimaꝝ debebantur ſummo ſacerdote a leuitis Num. xviij. et Deutroñ. xvi Sic non minus in lege noua debetur hec decimatio vel ſufficiens recõpenſatio facienda/ ꝑ inferiores ipſi pape Hec autẽ recompẽſatio videtur rationabilis ꝙ fructus primi anni a quolibꝫ nouiter beneficiato perſoluãtur. qm̃ in hoc papa ſeruit eccl̃ie/ ⁊ ita ꝓpt̃ hoc officiũ in promouẽdo homĩes ſibi debetur ꝑ ſuſtentatione condecẽti ſtatus ſui. et ad hoc tam ꝑſone q̃ꝫ beneficia poſſunt onerari.

Secunda obiectio

Aplius nõ minus poteſt papa recipere vel petere pecuniã a bñficiato etiam ꝑus q̃ꝫ ſit in poſſeſſione/ q̃ꝫ canonici eccleſie cathedralis. q̃ tamen canonici/ de conſuetudine recipiũt tam pecunias numeratas: q̃ꝫ obligatõnẽ ante poſſeſſionis adeptionem

Tertia obiectio

Aplius non minꝰ rationabilit̃. imo rationabiliꝰ poteſt papa recipere primas annatas beneficiorum/ q̃ꝫ recipiunt vel prelati inferiores vl̃ eccleſie cathedrales vel alique religiones quod tamẽ ita fieri frequentiꝰ inuenitur.

Quarta obiectio

Aplius beneficia multa tradũtur ad firmam ſeu penſionem annuam vel in titulo/ ⁊ recipitur q̃ndoq꞉ pars penſionis vel tota penſio/ prius q̃ꝫ ſit de redditibꝫ aliquid acceptum

Quinta obiectio

Amplius .qꝛ nō eſt ꝓbabile ꝙ per tot tp̄a toleraſſet eccl'ia in ꝓmouētibꝫ ⁊ promotis/talē exactōem pecuniaꝝ/ ſi fuiſſet ſymoniaca de iure diuino .qꝛ nō ſolū q̇ faciūt mala ſed q̇ cōſentiunt facientibꝰ ſ᷒m apl'm digni ſunt morte

¶ Sexta obiectio.

Amplius videret̃ ex his/ꝙ horribilis cōfuſio fuiſſet hactenꝰ in eccleſia ꝓpter defectū tituli ſeu iuris in bn̄ficijs. ⁊ cōſeq̄nter in defectu 'ādminiſtratōis ſacramentoꝝ ad ppl'os/ꝓpter defectū vel ſuſpenſionē eccl'iaſtice ptātis in miniſtris. ¶ Septima obiectio:

Amplius/qualiter prouideret̃ ſic promotis papa vel altero promouente/ſymoniā committente.

2 # Sequūtur reſponſiones ad predictas obiectōnes.

Reſpondēdo talibꝫ obiectis dicimꝰ primo ꝙ inferūt ⁊ cōcludūt aliq̄s veritates Ut ꝙ officio pape debeat̃ bn̄ficiū ſufficiēs ⁊ cōdecēs. Et ꝙ ab inferioribꝫ ſibi debet̃ ſubſidiū Et ꝙ illud ſubſidiū p̄t vel potuit: debitis circūſtantijs obſeruatis accipi ſuꝑ fructibꝫ inferiorum bn̄ficioꝝ vbi nō eſt aliter facta papē ſufficiens prouiſio. ſicut prima ratio ſatꝫ hoc concludit. tam ex iure diuino. q̄ꝫ naturali/preſuppoſito diuino. Sed ꝙ fiat exactio vel extorſio ſicut concluſio loquitur/ratio non cōcludit ¶ Ad ſcd̄az rōem

Deinde cū videtur oppoſitū concludi ꝑ ſecundā rationē de canonicis. R̄ndet̃ ꝙ lata eſt differētia: qm̄ tales pecunie nō exigūt̃ a canonicis ꝓ beneficio vel officio. ſed ꝓ cōibus oneribus ſupportādis: in q̇bꝫ canonicus ille ꝑticeps erit quo ad emolumentū ꝯmune. ſicut pro fabrica. pro pane. pro puerꝭ de choro. ꝓ clientibꝫ. pro capa et ſimilibꝫ Non negamꝰ tamē quin apud aliq̄s/ modus exigendi nō ſit vſq̄quaq̄ purus ⁊ decens. licet non proprie ſymoniacus.

¶ Ad tertiam rationē

Deinde tertia ratio cōcludit cōformiter ad primā. Deberet ergo ſimilis eē cōformitas de nō exigendo fructus an̄ ꝑceptiōeꝫ eoꝝ. ſicut nec exigunt̃ ab illis de quibus eſt argumentum

¶ Ad quartam rationē.

Deinde poſſumus de q̄rta ratōne ſicut de ſecūda dicere. et ſimil'r de ſequentibus quo ad hoc ꝙ valde multa (prochdolor) fiūt ⁊ facta ſunt habētia malam ſpeciē turpis queſtus. ⁊ in mlt'is ſymoniacam prauitatē: ſicut et alia vicia/regnare videmus paſſim apud homines. virtutes auteꝫ raro. ꝓpterea dicit lex antiqua. Non inſequeris multitudinem ad faciendū malum. hec enī eſt argumentatio peſſima. Multitudo facit hoc. igit̃ eſt licitum. quoniā oppoſitū cōſequētis frequēter et quaſi ſemꝑ ſtat cū antecedēte

¶ Ad quintā rationem.

Deinde reſpondet̃ ꝑ hoc ad quintam. Addēdo ꝙ apō bonos cōſcientioſos ⁊ eruditos/ q̄s nō excecauit malicia vel ſuꝑbie vel adulatōnis vel auaricie. talis ſymoniaca peſtis reprobata eſt. ꝑ predicatōes ⁊ doctrinas. verbis ⁊ ſcriptis. ⁊ nouiſſime per hoc ſacrum concilium ſcilicꝫ Conſtan̄. iudiciali ſeueritate damnata fuit in capite.

¶ Ad ſextam rationē.

Denique per p̄miſſa patet ad ſextaꝫ aliqualis reſponſio. Addendo ꝙ aliqui ⁊ ſi nō oēs potuerūt habere verū titulū in ſuis beneficijs. ⁊ verū ordinē/ſicut conſtat/⁊ hoc ꝓpter excuſatōnes aliquas ꝓbabiles apud aliquos tam p̄latos q̄ꝫ ſubditos. Subditos enī excuſare potuit ignorātia iuris ⁊ facti. in q̇bꝫ ſupremꝰ papa xp̄s ſuppleuit ⁊ ſupplet ī talibꝰ defectū p̄latoꝝ: ſtāte bona fide ſubditorū ¶ Rurſus ꝓmotos ꝑ ſymoniacā hanc exactōem/potuit fortaſſis excuſare reſpectus redēptionis ꝓprie vexatōnis. quēadmodū dicūt etiā in ſimili theologi. ꝙ vbi p̄ſbit̃ nollet baptiſare pueꝝ poſitū in articulo mortꝭ niſi pecunia p̄accepta. nec apparet aliꝰ potēs vel ſciēs baptiſare ꝓpt̃ defectū aq̄ vel intinctōis. parētes pueri dare pn̄t pecuniā. nō q̇dē intētōe emēdi baptiſma. ſꝫ redimēdi vexatōꝫ ſuā ⁊ puero prouidēdi Neq̄ per hoc dicēdi ſunt ꝯſentire pctō ſymonie hꝰ curati. ſic in materia de vſuris p̄t aliq̄s accipe ad vſurā licite ī caſibꝫ certis/q̄ꝫuis alteri nullo mō liceat dare Un̄ redēptio vexatōis videt̃ hr̄e locū n̄ q̇dē ī acq̄rēdo ius nouū ad officiū vel bn̄ficiū hmōi ſp̄uale/ p̄ſti apō ꝯferētē ſꝫ iuenit hr̄e locū dū tolli q̄rit̃ ipedimētū qd̄ apponit̃ ne quis iure ſuo vel re ſua pacifice

potiaꝛ vel vtatur. Sic fortaſſis excuſabi
les eſſent ſubditi reſpectu curatorũ vel p̄/
latorum. dum cõpellũtur pecuniã añ tra/
dere/ꝙ res ſpũales eis debite conferãtur
ſicut in exemplo priori de baptiſmo par/
uulorũ. de ſepulturis. de miniſtratiõe cor
poris xp̄i. de abſolutõne ſacramentali. de
collatione ordinũ. matrimonioꝝ. ⁊ ſimi/
D liũ. ¶ Deniq̃ʒ pro reſponſiõe ad ſeptimã
ratiõnẽ/cõſideratio ſeptuplex notabitur.
ſatis cõformiter ad premiſſa. ¶ Ad ſepti/
mam rationẽ. ¶ Prima conſideratio.

Symoniaca labes ſicut de ꝑ ſe non
eſt hereſis. ſic nõ aufert a papa ne
ceſſario ſuam poteſtatẽ. vel eccle/
ſiaſtice poteſtatꝭ plenitudinẽ. immo nec
executionẽ. ¶ Prima pars ideo manife/
ſta eſt. quia ſtat aliquẽ eſſe ſymoniacuʒ ex
ſola depꝛauatõne affectus per auariciam
remanente iudicio recto intellectus ꝙ ſic
agere peccatũ eſt. Non eſt autẽ hereſis ſi/
ne depꝛauatiõe intellectus per errorem/
in his q̃ recta fides tradit. Poteſt nihilo/
minus p̄ſumptione iuris vel opis/ſymo/
niacus omnis/haberi in fide ſuſpectus.
¶ Patet altera pars/quoniã poſitiuis le
gibus ſuis/non eſt papa ſubiectus/vt ta
les ſunt. Ex autẽ ſymoniacus ſuſpẽdatur
ab omni exercitõ tanq̃ʒ excõmunicat⁹ ip
ſo facto/poſitiuũ eſt. quod nõ ligat papã
cum par in parẽ nõ habeat impium. Cũ
preterea ſit hoc modo ſolutus legibus in
tellige pure poſitiuis penalibus vt ſupra
ius hoc modo ſumptũ. ¶ Sic intelligen
da eſt (put arbitror) diſtinctio dominoꝝ
iuriſtarũ. dum dicit aliquid eſſe ſymonia
cum quia ꝓhibitũ eſt in illo caſu nõ poſ/
ſe papã cõmittere ſymoniã. plane nulla ẽ
proprie ſymoĩa niſi q2 probibita iure di/
uino. vbi ſcilʒ cõuenit cõtractus iſte rerũ
ſpiritualiũ pro re cõmenſurabili numiſ/
mate. do ſi des. vel do vt des. Nihilomi/
nus apponiꝛ in aliquib9 cõtractib9 non
de ſe ſymoniacis pena ſymonie. vbi verũ
eſt ꝙ hoc ideo diciꝛ ſymoniacũ quia lege
humana prohibitũ. ſicut aliq̃s puniꝛ tã/
q̃ʒ hereticus p̄ſumptiõe iuris poſitiui vel
operis qui veraciter eſt catholicus.

¶ Secũda conſideratio

Symoniaca labes in papa/confe/
rendo prelaturã vel beneficium/
non tollit neceſſario ius ad bene
ficiũ/neq̃ʒ poteſtatis eccleſiaſtice ſuſpen/
dit executiõem. ¶ Hec conſideratio ſequi
tur ex antecedẽti. quoniã poteſt papa vel
le taliter promotũ/non incurrere ſenten/
tias iuris poſitiui. etiam vbi veram ſymo
niam cõmitteret/conſentiẽdo ſymoniace
promotõni ſue. quãuis apud deũ nõ eua
deret omnẽ penam. ¶ Patet aliũde conſi
deratio iuxta ea que dicta ſunt circa ſextã
obiectõem de redemptõne vexatõnis. vel
etiam vbi bona fides ⁊ ſimplex in promo
to eſſet. ipm q̃ʒ ſaluaret. ¶ Tertia conſide.

Symoniaca labes/ periculoſior eſt
etſi nõ quo ad deũ tamen quo ad
forum eccleſiaſticũ/ in promotis
per prelatos inferiores/q̃ʒ per papam
Hoc perſpicuũ eſt in precedenti conſide
ratione. Attento ꝙ omnis ſymoniacus
ipſo iure excõmunicatus eſt/ cum reliq̃s
penis. a quibus nõ liberatur per ordina
rium/quemadmodũ de papa tactũ fuit.

¶ Quarta conſideratio.

Symoniaca labes/ q̃uis poſſet ex/
cuſari vel non inueniri circa rece
ptionẽ pecuniaꝝ vel eorũ q̃ ſunt
numiſmate mẽſurabilia (quemadmodũ
ſunt obſequia vel fauores et obligatorie
promiſſiones circa ſpiritualium admini
ſtratõem in litteris teſtimonialibus con
ferendis ⁊ ſimilibus) Nihilominus expe
dit in his omnib⁹ vt obſeruetur apoſtoli
ca regula. Quãtum fieri poteſt/ ab omni
ſpecie mala abſtinete vos ¶ Poſſet de p̄/
ma parte deductõ fieri per plurima. circa
diuerſos ordines et ſtatus/ circa religio/
ſos conuentus ⁊ ſeculares eccleſias/circa
prelatos ⁊ officiarios ſuos/circa curatos
et eorum vicarios vel ſubditos. Fiũt ita
q̃ʒ plurima per tales huiuſmodi que re/
ctam habere poſſunt intentionẽ/ licʒ mo
dus faciendi ſcandaliſet. vt quia videtur
fieri pactio de tẽpalibus. vel negatõ ſpiri
tualium ſeu dilatio propter tempalia vel
ex aduerſo fieri videꝛ propter tpalia ſpiri
tualiũ collatio exercitiũ vl' frequẽtatio vt
in miſſis dicẽdis/vt in horis lucroꝝ non
aliĩs freq̃ntandis. Caueaꝛ igiꝛ hec multi
plex mali ſpẽs: ꝓ boni ſpẽm appoſitã q̃n
tũ fieri dabiꝛ. q2 ñ eſt nr̃m poſſe ſcãdal' oĩ
b⁹ acceptis occurrere. ¶ Quita ꝯſideratõ. A

Symoniaca labes/ commodi⁹ eui/
tari poteſt/per rectificatõnem in/
tentõnis: deſiderando ſcilicʒ vel
poniꝛ: nequis iure ſuo vel re ſua pacifice

accipiendo tpalia non vt ſunt preciū ſpi
ritualium vel cupiditatis nutrimentum
ſed neceſſarie ſuſtentationis corporalis
adiumentū Sic itaq̨ ſaluabitur illic nō
eſſe cōmutatiōem ſymoniacā. vbi tamen
cōcurrit hoc. do ſi des. vel do vt des. quo
niā he dictōes cōditionales ⁊ cauſales. ſi
vt. propter. ⁊ ſimiles. nō notabūt cauſam
principalem. ſed cōſecutiuā. ⁊ minus pri
cipalē. ſeu motiuā vel adminiculatiuam
ſeu meritoriā vt ibi Incliaui cor meū ad
faciendas iuſtificatōnes tuas ineternum
propter retributōem. Que vtiq̨ retribu/
tio referebat̄ ad deum propter prophetā
ſicut finis ſub fine Ubi autē vnum ꝓpter
aliud (ſicut dicit phs) vtrobiq̨ vnum.

## Sexta conſideratio.

Symoniaca labes poteſt quo ad p̄
terita ſuſcipe prouiſionē ⁊ mede/
lam per hoc ſacrū conciliū. propt̄
ſerenatōnem conſciētiarū ⁊ animaꝝ ſalu
tem taliter. ꝙ aboleant̄ edicto generali q̄/
libet pene vel ſentētie iuris poſitiui cōtra
ſymoniacos edite cū habilitatibus ad be
neficia iam obtēta. dando licentiā inſup
pro p̄terito. vt quilibet poſſit eligere con
feſſorē idoneū. qui eū ſup oībus dubijs/
vel ſcrupulis/ in foro cōſcientie abſoluat
Uidet̄ fortiſſis hec prouiſio nimis la
ta vel laxa iuxta ſeueritatē eccleſiaſtice di
ſcipline. ſed habeat̄ reſpectus ad immen/
ſitatē miſericordie dei. ⁊ humanā fragili/
tatē. que mallet ſepe ſaluti proprie/ q̄ȝ be/
neficio vel ſtatui renūciare ⁊ tolerabil'ap
parebit iſta prouiſio. aut ſi de neceſſitate
puniendi ſunt aliq̄ nimis notorie ſcāda/
loſi: nihilominus de ſalute cōmunitatis
atq̨ plurimorū cogitetur.

## Conſideratio ſeptima.

Symoniaca labes poterit pro futu
ro preſeruatōem habere Cogi/
tetur ꝑ hoc ſacrū conciliū ne paſ/
ſim ⁊ licenter vt hacten⁹ introeat cōſuetu/
do leges debitas vel iā inſtitutas renouā
do mutando vel interp̄tando circa colla/
tionē omniū ſpiritualiū. tam a capite q̄ȝ
a membris. cū tali moderamine. ꝙ neq̨ fi
at ſtrictior prohibitio tēpaliū q̄ȝ oportet
in capite vel in membris. ſicut factuȝ eſſe
pluries exiſtimant in quibuſdā Neq̨ rur
ſus ꝑmittat̄ talis laxatio que vel verā ſy/
moniā vel ſcandaloſam ſymonie ſpeciem
introducat. hec autē ꝑticulariter ſit coruȝ
qui ad hoc ꝑticulariter ꝯmiſſi ſunt Ce
terū generale cōciliū in qua poteſtate poſ
ſit leges huiuſmodi preſcribere p̄ſertim
ſummo pontifici ſine leſione plenitudis
ſue poteſtatis/ vtilis eſt practicatio. de q̄
ſi annuerit deus/ alias ⁊ alibi videbitur.
cōcordando plenitudinē poteſtatis pa/
palis/ cū ipſa plenitudīe poteſtatȝ cōcilij.

AD rationabilem contra ſymoniā ⁊ ſymo
niacos reformatōem. offerū
tur propoſitōes que ſequūt̄
quarū declaratio tam ſcriptis iam editis
q̄ȝ viua voce/ poterit apparere.

## Prima propoſitio

Finis principal'r intētus reci/
piendi tempalia ꝑ miniſtratio
ne ſpūaliū/ reddit hominē pro
prie ſymoniacū in foro cōſcien
tie ⁊ ad deū. ⁊ ſi hanc intentōem aptis ad
extra monſtret indicijs/ cenſendus eſt in
eccleſiaſtico foro ſymoniac⁹. vel de ſymo/
nia vehementer ſuſpectus.

## Secūda propoſitio.

Finis principaliter intentus acci
piendi tempalia pro amminiſtra
tōne ſpiritualiū/ tanq̨ ibi ſit ade
quatio vera precij ad precium/ ſicut eſt in
cōmutatiōe tempaliū ad inuicem/ reddit
hominē proprie ſymoniacū.

## Tertia propoſitio

Finis principal'r intentus vt pri
us/ reddit hominē proprie hereti
cū. ſi faciat hoc ex deprauato itel/
lectus iudicio. q̄ſi tale aliq̄d poſſit de fa/
cto/ aut dēat de iure fieri. ⁊ hoc ſi ꝑtinacia
cōcomitet̄.

## Quarta ꝓpoſitio.

Obligatus miniſtrare ſpūalia ſicͤ
ſunt ſacramēta ⁊ beneficia eccleſi
aſtica/ p̄t rōnabil'r ⁊ licite habere
reſpectū ad tpale cōmodū: mercedē ⁊ pre
miū: quāuis min⁹ principale ⁊ ſecūdariū

## Quinta propoſitio

Obligatus miniſtrare ſpiritualia.
⁊ miſtrans ea/ hȝ verȝ ius ⁊ pote/
ſtatē recipiēdi tpalia. abſq̨ hoc ꝙ
mēdicet ea. At ſub hac intētōe (licȝ min⁹
p̄cipali) p̄t vel potuit/ obligare ſe ad mi
niſtrādū ſpūalia. ⁊ ꝑ mercede vel ſtipēdio
vel cibo ⁊ ſua ſuſtētatōe/ recipe tpalia. ſicͤ
exēplificari poſſet in oī ſtatu eccl'iaſticoꝝ

tam ſeculariũ q̃ꝫ religioſoꝝ. a maioribus
ad infimos. ¶ Sexta propoſitio

Obligatꝰ miniſtrare ſpũalia/⁊ mi/
niſtrans ea/ſub ſpe vel expectatõ
ne vel intentõne/ꝙ recipiat tẽpa/
lia ꝑ ſuſtentatõne miniſtri et mercede vel
cibo operarij/nõ ideo cõuincit̃ ſymoniacꝰ.
ſicut nec ille qui dat tp̃alia ſub ſpe recipi/
endi ſpũalia. immo ſtaret ꝙ peccaret non
tradendo ea. ſicut in caſu/miniſtrans pec
care poſſet abijciendo vel reprobando ta
lia dona ſeu potius mercedem ⁊ ſtipẽdia

¶ Septima propoſitio.

Eccleſiaſticus miniſtrans ex debi
to ſue p̄latõis vl̄ officij/baptiſma
cõfirmatõem. euchariſtiã. ꝯfeſſionẽ. ordi
nes. extremã vnctionẽ. ſepulturã. ⁊ ita de
reliquis ſpũalibꝫ. nõ ideo cõuincit̃ ſymo/
niacus/ſi añ vel poſt miniſtratõez/recipi
at tp̃alia ab illis quibꝫ miniſtrat ſpũalia.

¶ Octaua propoſitio.

Eccleſiaſticus/officians ex debito
bñficio ſuo/ſicut frequẽtãdo ho/
ras canonicas. vel exeq̃as mortuoꝝ/non
ideo ꝯuincit̃ ſymoniacus/ſi recipiat aut
recipe intendat/diſtributões tp̃ales aſſi/
gnatas illis q̃ talibꝫ aſſiſtũt officijs etiaꝫ
dum aliq̃ñ ſub hac intentõe mercedis va
dit ad aliq̊d officiũ eccl'iaſticũ alias ꝑ tũc
nõ iturus Exẽpli gratia ſi cuilibet/etiã re
ligioſo q̃ intereſſet magne miſſe in eccl'ia
Conſtañ. quotidie diſtribueret̃ vnꝰ flore/
nus. cõſtat ꝙ multi intereſſent q̃ mõ non
interſunt. nec alias intereſſent. nec iõ ſy/
moniaci eẽnt iudicãdi ¶ Nona ꝓpoſitio.

Eccleſiaſticus p̄latus aut aliꝰ con
ferẽs bñficia eccl'iaſtica/nõ ideo
conuincit̃ ſymoniacꝰ/ſi recipiat a
bñficiatis aliq̃ tp̃alia ¶ Decima ꝓpoſitio

Extirpatio ſymonie/nõ ita dꝫ ꝓcu
rari ꝙ ducant̃ hoies ĩ maiora pi/
cula ⁊ ſcandala/ ꝑ nimiã ſymonie
reſtrictoꝫ. vbi nõ eſt vl̄ pt̃ nõ eſſe ſymonia
cus/ſi habeat̃ intentõis vera directio Nec
ita/ꝙ eccl'ie vel eccl'iaſticoꝝ dotatio/ debi
ta iure diuino/euacuet̃ vel fraudet̃/ ſub ſ̄
reformatõis p̄textu/velut a demonio me
ridiano ¶ Undecima ꝓpoſitio

Extirpatio ſymonie/ primo faciẽ/
da eſt cordibꝫ hoim. oñdendo q̃/
liter in corde vel intẽtiõe/ſymoniaca pra/
uitas cõmittitur. et qualis debeat haberi
cordis intẽtio/dũ in miniſtratõe ſpũaliũ
ſit vel expectat̃ tempalium receptio.

¶ Duodecima propoſitio:

Extirpatio ſymonie/ab eccl'ia ſctã
dei/in capite ⁊ in mẽbris/ſalubri
us faciẽda eſt/inducẽdo hoies ad timorẽ
dei. ⁊ ad cuſtodiã mandatoꝝ ſuoꝝ. ſ̄m le/
gem euãgelicã. q̃ꝫ ꝑ ſolã iuriũ penaliũ/ cõ
ſtitutiõem. quorũ multiplicatio forſitan
magis eſſet reſtringẽda/q̃ꝫ augenda. mul
ta eni reputãt vel puniũt tanq̃ꝫ ſymonia/
ca/que ſymonie rõem ꝓprie nõ includunt
⁊ ita faciũt viã dñi artã magis q̃ꝫ oportet

Pro nunc ad declaratõem p̄miſſoꝝ ꝑ
nunc/alias poſita hec vnica diſti
ctio. Reſoluẽdo materiã de ſymo
nia/poſſumꝰ inuenire diſtinctiõem q̃dru
plicẽ/de intuitu vel reſpectu cõmodi tp̃a/
lis pro ſpũali ¶ Poteſt ei intuitꝰ ferri ad
tp̃ale cõmodũ Primo tanq̃ꝫ ad preciũ rei
ſpũalis. quaſi ſit adequatio valoris vniꝰ
rei ad alterã/ſicut eſt in emptõe ⁊ venditõ
ne ciuilibꝫ. Põt ſecũdo ferri intuitꝰ ad cõ
modũ tp̃ale tanq̃ꝫ ad motiuum p̄cipale
dandi ſpũalia. vel ad finẽ vltimũ in quo
ſiſtit intuitus ſpũale cõferentis. Põt ter/
tio ferri intuitus cõmodi tp̃alis/ tãq̃ꝫ ad
motiuũ minꝰ principale vel ad finẽ ſubor
dinatũ ſub vltimo fine. Põt quarto ferri
intuitus ꝯmodi tp̃alis/ tãq̃ꝫ ad rẽ debitã
iure diuino ꝑ ſuſtentatõne illiꝰ q̃ ſpũalia
ſumminiſtrat. iuxta doctrinã xp̄i et apl'i.
Ex dignus eſt operariꝰ mercede ſua ¶ Tũc
ad ꝓpoſitũ dicimꝰ ꝑ reſpõſione ſuccincta ⁊
ſolida ꝙ primꝰ intuitus et ſcd̃s/ſunt vere
ſymoniaci. de iure diuino et hũano. Et ſi
cõcurrat error intellectus/ ꝙ ſcꝫ talia p̄nt
fieri. ſicut in primo dicit̃ vel ꝙ licite fiant
ſicut ponit̃ in vtroq̃ꝫ modo: tunc incurri
tur hereſis proprie dicta et habendi ſunt
ſymoniaci tales heretici ꝓprie dicti ſi ſint
ꝑtinaces Dicimꝰ conſeq̃nter. ꝙ ſi ferat̃ in
tuitus tertio ⁊ quarto modis: ille põt eſſe
licitus. immo laudabilis ⁊ meritorius ac
debitus Hoc tamẽ attẽto ꝙ obſeruet̃ illõ
apl'i. Ab om̄i ſpecie mala abſtinete vos. ſ̄
eſt ꝙ adminiſtratio ſpũaliũ/ facta ſub al/
tero tali intuitu/ nõ appareat fieri ex mõ
ſuo. intuitu primo vl̄ ſecũdo. vt ſi nõ exer
cent̃ ſpũalia: ſi nõ prius dent̃ tẽpalia. aut
ſi turpiter exigant̃. ⁊ cũ ſcandalo. ⁊ auari/
cie nota: in quibꝫ caſibꝫ poſſent haberi ſu
ſpecti de ſymoniaca prauitate ſic agẽtes.
⁊ hoc p̄ſumptiõe iuris vel facti. ⁊ poſſent

in hoc caſu ipſi tanq̃ʒ tales iudicialr̃ euocari. ¶ Finit.

## ¶ Opuſculū eiuſdeʒ de ſolicitudine eccleſiaſticoꝝ. ad frēs celeſtinos/ continēs. lxviij. particulas.

Queritur reſpōſio ſuper dubijs ſequentibꝰ/ vnde crebro ſolicitudines conſciētiaꝝ in eccl'iaſticis ꝛ religioſis oriunť.

¶ Primū dubiū ¶ Si liceat eccl'iaſticis maxime religioſis/ dū conferūtur eis tēpalia/ ſe ꝛ ſucceſſores ſuos obligare ad certa ꝛ determinata ſuffragia in miſſis vl'alijs officijs eccleſiaſticis. ſicut habet vſus cōmunis: Solutio ꝑticula. xiij. que ꝓſupponit alibi tractata de ſymonia.

¶ Secundū dubiū ¶ Si liceat omittere tales obligatōnes ſine reatu pctī mortalis. preſertim quando vidētur grauiores q̃ʒ oportet ex euentu vel aliunde: Solutio ꝑticula. xij. et a. xix. vſq̃ʒ. xxxij.

¶ Tertiū dubiū ¶ Si melius eēt ꝙ conferētes tēpalia ſtarēt in ſola generalitate ꝑ ſuffragijs bn̄dis. ꝛ ſi ad hoc ꝛ quō monēdi ſunt: Solutio ꝑticula. xvij. et. xviij

¶ Quartū dubium ¶ Si in caſu ſecūdi dubij neceſſaria ſit ꝛ ſecura diſpenſatō ſuꝑioris prelati vel pape vel ordinarij Solutio ꝑticula. xxviij. vſq̃ʒ. xxxij.

¶ Quintū dubiū ¶ Si liceat eccleſiaſticis bene ꝛ ſufficienter fundatis recipe nouas obligatōnes cum augmento ſeruitij Solutio ꝑticula. xxxiij

¶ Sextū dubiū ¶ Si liceat ſine augmēto ſeruitij/ ita ꝙ non plures dicātur miſſe vel obitus. ꝛc. q̃ʒuis hoc intendāt tempaliū collatores: Solutō ꝑticula. xlix

¶ Septimū dubiū ¶ Si liceat admittere ſuper fratres iam fundatos/ alios qui habeāt ſpeciales cellas ꝛ obligatōnes ad ſuos īſtitores alias q̃ʒ reliq̄ fratres: Solutio cum. viij. ix. x. et. xij. dubijs ꝑticula. xxxiiij. xxxv. xxxvi.

¶ Octauū dubiū ¶ Si liceat ſe obligare ꝙ omnis fructus ſpiritualis in miſſis/ ꝛ alijs que obligatus dicet/ cedat in vtilitatem tempalia conferētis:

¶ Nonū dubiū ¶ Si tantū ꝓſunt ſuffragia dū fiūt pro pluribꝰ quātū ſi fierent ꝑ vno vel paucis. ꝛ preſertim illi qui facit: ¶ Decimū dubiū ¶ Si debēs vnā miſſaʒ poſſit alios adiūgere ſine defraudatōe illiꝰ qui miſſam pecijt aut inſtituit:

¶ Vndecimū dubiū ¶ Si neceſſe ſit ſꝑ pro ſpecialibus fundatoribꝰ oratōnes facere ſpeciales. maxime dum hoc inſtituerint licet non ſpecificando modū ꝛ quis modus tenebiť: Solutio ꝑticula. xxxix cum quinq̃ʒ ſequentibus.

¶ Duodecimū dubium ¶ Si liceat pro loco ſolenniori in ſepulturis vel pro alijs pompis exequiarū/ paciſci verbo vel intētione/ de maiori tempaliū collatōe:

¶ Tredecimū dubiū ¶ Si diſcrete faciunt obligantes ſe ad ſuffragia ꝑ alijs/ q̄n inde minꝰ valent vt videť ꝑ ſcipſ. ꝛ nō eſt ꝯparatio tēpalis ꝯmodi ad ſpūale. Solutō huiꝰ ꝛ. xiiij. ꝑticula. xlv. cū tribꝰ ſeq̄ntibus

¶ Decimūquartū dubiū ¶ Si caute faciunt religioſi/ qui leuiter admittūt ad ꝑticipatōeʒ omniū bn̄ficioꝝ per illos qui benefaciūt eis vel qui petunt:

¶ Decimūquintū dubiū ¶ Si obligatꝰ ad orōes vocales/ ſit abſolutus ab obligatiōe/ dū eas dicit ſine attentōe vel deuotōne vel affectōe aut ſolicitudine: nā attētio eſt quedā ſolicitudo. Solutio iſtius ꝛ ſequentis ꝑticula. lv. vſq̃ʒ ad finem.

¶ Decimūſextū dubiū ¶ Si ſufficit generalis intentio qua vult eccleſiaſticꝰ vel religioſus orare ſpecialiꝰ pro benefactoribꝰ q̃ʒ pro alijs. ſuper qua ſpecialitate q̄ntificanda ſe refert ad deum/ qui pōderator eſt meritorum:

## ¶ Prima particula

Nolite ſoliciti eſſe Math. vi. Luc. xij. Iubet hoc ſupmꝰ abbas noſter Ihs xp̄s/ i cuius ſpū ſalubriť inſtituti clamamus Abba pater. Conſonat aplš eius magnꝰ prior in religiōe xp̄iana dicēs Corinthijs/ in pſona oīm Volo vos ſine ſolicitudine eſſe. Sʒ mox ſubintulit vtilē ꝛ neceſſariā de ſolicitudīe diſtinctōem. ne vel ſibiipi vel alijs cōſortibꝰ ſuis/ cōtrariꝰ videreť. quorū ſermo frequēter ad ſolicitudinē ꝯtra deſidē inertiā/ et hortať. Ait eni Qui ſine vxore eſt/ ſolicitꝰ eſt que dn̄i ſunt. quō placeat deo. qui aūt cum vxore eſt/ ſolicitus eſt que mūdi ſunt

## Secūda parti.

Ecce habemꝰ ſolicitudinē ꝛ ſolicitudinem. Vna eſt dei/ altera mūdi. Vna

ſpiritualis altera tempalis. Utraqꝫ ſiqui
dem bona. Alioquin culpata fuiſſet vxo/
ratoꝝ cum ſua ſolicitudine conditio. pri
ma tamen melioꝛ atqꝫ diuioꝛ/adeo vtra/
catō dici poſſit. et dicat tam hic ꝙ ab apo
ſtolo. i. Coꝝ. vij. Uolo vos inquit ſine ſo/
licitudine eſſe Et alibi ad phil. iiij. Nihil
ſoliciti ſitis. Et p pſal. dn̄s Uacare inqꝫ z
videre quoniā ego ſum deus.

### Tertia particula.

Felix iſta ſolicitudo vacās. z vaca
tio ſolicita. qlem habere licet decꝫ
et expedit/ illos precipue qui celibes eſſe
ſine tribulanti iugo vxorū nedū elegerūt
ſed vouerunt. quales vos elegit z aſſum/
pſit abbas noſter xp̄s (o patres et fratres
celeſtini) quos ad pn̄s alloquitur ſolicitu/
do dilectōnis mee quā ſuis impulit que/
ſtiuncularū ſtimulis/ zelus veſter religio/
ſus ſolicitus iuxta verbum ꝓpheticū Mi
chee. vi. Ambulare cum deo ſuo.

### Quarta particula.

Senſit itaqꝫ veſter i dn̄o timoꝛ cu
ius vis eſt ſm ph̄m reddere timē/
tem ſolicitū. Senſit inqꝫ queādmodum
fruſtra fuiſſet aſſumpta ſolicitudo vacās
deo/ ſi quadā retroſpectōe ſeu tergiuerſa/
tione corrueret in mūdi ſolicitudinē. z iā
nō tm̄ vana eſſet quaſi finē nō aſſequens
vacatōnis/ verꝫ damnabilis iudicaret et
reproba/ ſi in damnabilē reprobāqꝫ ſoli/
citudinis peccatricis foueā preceps labe
ret. qlem diſſuadet maxime ſermo prepo/
ſitus. Nolite ait xp̄s ſoliciti eſſe. zc.

### Quinta particula.

Quereret forſan nouitioꝝ aliquis q̄
ſit z qualis hec ſolicitudo culpa/
bilis. Nam de tolerabili mūdanoꝝ ſatis
inſinuatū eſt. z de quadā altera ocio ſan/
cto condiuiſa videt ammonita ſed nō cri
minata fuiſſe illa marie ſedētis ad pedes
Jeſu ſoroꝛ Martha martha inquit Jh̄s
ſolicita es et turbaris erga plurima. por/
ro vnum eſt neceſſariū. Atuero tota com
monitionis xp̄i ſeries/ cū expoſitoꝛib ſu/
is in illa prohibitōne ſolicitudinis ſicut
Matheus z lucas referūt dat intelligi ſo
licitudinē malā eſſe que nō eſt prudētis z
ſagacis prouidētie neqꝫ neceſſitatis. ſed
eſt vel diffidentie vel pfidie vel cupidita/
tis. curioſe z anxie de quib non eſt modo
per ſingula diſſerendum.

### Sexta particula.

Ueniam igit p cōpendiū ſtati ad S
pie ſolicitudis veſtre in domino
queſtiōes. q ſolicitudinē refoꝛmi
dant impiā. dum piam imo neceſſariā co
gūtur amplecti. Manet apud vos (o pa/
tres z fratres) pfundo coꝛde firmata mo/
nitio aplica Hebꝛeoꝝū. iiij. Sint mores
ſine auaricia contenti preſentib. Nihilo
min aſpicitis illa eſſe neceſſaria que ↄce/
dit idem apl's. i. Thi. vi. Habētes alimē/
ta z quib tegamur his contēti ſim. Bn̄
ſuades/ o magne prioꝛ apl'e. placet id qd
apponis his contēti ſim. Attamē alimē
ta z ea quib tegamur/ opoꝛtet hr̄e. Non
autē hoc ipm totū/ vel laboꝛe noſtro q̄ di
uinis mācipamur officijs/ vel hoſtiatim
mendicādo q̄ nequaqꝫ diſcurrere p vicos
z plateas inſtituim/ obtinere fas nobis
eſt. Deniqꝫ nihil equi ſm omnē legēꝫ cē
deducit apl's. x. Coꝛin. ix. ꝙ qui altario de
ſeruit de altario z viuat.

### Particula ſeptima.

Ue ve mundo a ſcandalis. ve ſcan
dala ſpargētib vbilibꝫ demonijs
In via hac qua ambulabā conq/
ritur ꝓpheta abſconderūt ſupbi laqueum
mihi Et rurſus. Juxta iter ſcan. po. mihi
Electa eſt ecce ſub triplici religionis vo/
to via pauptatis vt ſolicitudo noxia di/
uitiaꝝ/ cruentās z enecans vitaret Electa
via caſtitatis ppetue. contra ſolicitudinē
alligantē vxoꝛi cū tribulatōe hmōi. Ele/
cta via derelictōis pꝛopꝛie volūtatis per
obedientiā/ contra ſolicitudinē tot dubi
tationū/ tot ſcrupuloꝝ/ tot diſcriminum.
qualia pꝛopꝛia volūtas ſe dū ducere vult
ſe ſeducēs incurrit. Pudet heu pigetqꝫ
recoꝛdari/ quātis z qualib apud nōnul/
los detrimētis/ omnia ſunt in oppoſitas
exoꝛbitatōnes euerſa ſubuerſaqꝫ. Jā heu
nimis apparet veritas pabole xp̄i. q̄ mo
do dū hec relegerent lecta eſt in eccleſia de
immūdo ſpū. qui cū exierit ab hoīe. tādeꝫ
redit z adducit ſeptem ſpūs nequioꝛes ſe
dum inuenit domū vacantē. nō quidē ve
re ſed ſola ſimulatōe. ſicut z ſolis extrinſe
ce pfeſſionis ſcobis ficte mundata eſt.

### Particula octaua.

Eſt vtiqꝫ neqꝫ z immūdus ſpūs
cupiditas. que radix oīm malo/
rū z idoloꝝ ſeruit ab apl'o. z mā
mona dr̄ iniqtatis a xp̄o. Sed nōne neq
oꝛ eſt ſimlata pauptas que ſub voti velo

latens/tota diuitijs inhiat. tota ſolicitu/
dinibꝫ earũ pungit̃. ⁊ intus ⁊ extra conti/
nuis miriſq́ȝ modis lacerat̃. cruentatur.
diſſipat̃. Cui nanq́ȝ poterit eſſe dubiũ ſo
lerter attẽdẽti/quin ſpũs auaricie neq́ȝ iã
ſecũ adduxerit ſeptẽ ſpũs. i. vniuerſitatez
vicioꝝ neq̃ores ſe Simulata q̃ppe (ſicut
ait Aug.) eq̃tas/duplex eſt iniq̃tas. nõ ſe
cus hoc loco. dic q̃ ficta et vota paupꝫtas
nõ eſt paupꝫtas ſpũs. nõ paupꝫtas virtus
nõ amica bonis moribꝫ frugalitas ſꝫ du/
plex iniq̃tas. qꝛ ⁊ vere cupiditas eſt et ſi/
mulatio. Nec hic ſiſtit̃. Sed ꝓgrediens/
iſtic voti fractionẽ/fundatoꝝ defraudatõ
nẽ. ꝓximoꝝ factis dictis ⁊ exẽplis ſcãda/
liſatiõem inuenies. Demũ ſubit illud ve
xpi/dictũ phariſeis/pro talibꝫ in religiõe
penit⁹ lapſa verſantibꝫ. quales hic ſolos
plangim⁹ Circũitis mare ⁊ aridã. vt faci/
atis vnũ ꝓſelitũ. i. nouitiũ in religione. et
cũ factus fuerit/facitis eũ filiũ gehẽne du
plo q̃ȝ vos. Eccliaſt. v. q̃m diſplicet deo/
infidelis et ſtulta ꝓmiſſio. ⁊ meli⁹ eſt non
vouere. q̃ȝ poſt votũ nõ reddere.

z **Particula. IX**

Siſte tandẽ aĩma ſiſte calamũ quẽ
indignatio tua rapit vltra longe
q̃ȝ inchoãdo ꝓpoſueras. Et q̃ do/
ctrinã bonã datura es/diſtraheris ſatyra
que nulla vnq̃ȝ orõe. nulla declamatõnis
acrimonia/ſatis erit reprobãda. Reuerta
mur ad progreſſum finis intẽti/reſumen
tes illud vñ arripuit nos maloꝝ recogita
torũ (preſertim apud non paucos noſtri
tempꝫis religioſos) anxius dei timor. xp̃ia
naq́ȝ pietas/⁊ miſeratio fraternalis. Illõ
erat apꝫire/quo pacto/paupꝫtas religioſa/
vacaret abſq́ȝ ſolicitudine victus ⁊ veſtit⁹
Interueniũt fateor ⁊ vos interrogãdo fa
temini/plures crebro pungitiui conſcia/
rũ ſcrupuli: nõ ſinẽtes timoroſos fratres
implere cũ pace verbũ xp̃i cũ ap̃lica moni
tõe. nolite ſoliciti eſſe.

**Particula. x**

Sunt ãt in genere/tres in ꝯq̃ſitõe
victus ⁊ veſtit⁹/neq́ȝ ſtimuli. vn⁹
ſymonie. ali⁹ vſure. alter fraudulẽ
tie. Solicitat̃ nimiꝝ timorata mens:
ne forte miſceat ſe inter dantẽ tp̃alia ꝓ ſpi
ritualibꝫ recipiẽdis ⁊ econtra labes ſymo
niace prauitatis. ⁊ hoc vtiq́ȝ frequẽter (ve
ve) ꝓuenit/dũ nõ habet̃ directõ. dũ lumẽ
intentõis noſtre que dr̃ ocul⁹ corpꝫis oĩm
actionũ noſtraꝝ/eſt tenebre. Solicita
tur p̃terea/ne in redditibꝫ compꝫandis. qꝛ
nõ ſempꝫ inueniũt̃ ad ꝑpetuũ/reddat̃ cõ
tractus vſurari⁹/ex adiecta conditiõe ſeu
pactõne de facultate totiẽs quotiẽs redi/
mendi. Supꝫ hac vero duplici q̃ſtione
ſolicita ſcrupuloſaq́ȝ/ pñt haberi quedaz
opuſcula noſtra/nupꝫ edita. ſi tñ cum ma/
gnis taliũ tractatoribꝫ viſa fuerint nume
randa.

**Particula vndecima**

Superest ad p̃ns inueſtigare ⁊ inuẽ
tos tollere (q̃ȝtũ iuuerit ſator bo/
ni ſemis xp̃s) zizanioꝝ fraudulẽ/
toꝝ aculeoſ. quos latebroſa nocte dũ dor
miunt per negligentiã hoĩes. ſupꝫſeminat
inimicus homo ſub obtẽtu conq̃ſitõnis
victus ⁊ veſtitus. Hoc etiã precipue vĩa
ꝑ queſtiũculas ſolicitudo/ ſcire deſiderat
Et quoniã defraudatõ directe ꝯtraria
tur iuſticie. tot modis inueniem⁹ defrau/
datiõem quot iuſticiã fieri. oppoſitoꝝ q̃/
dẽ/eadẽ eſt diſciplina Dicit̃ ãt iuſticia vir
tus ad alteꝝ vel ſicut ad alteꝝ. reddẽs vni
cuiq́ȝ quod ſuũ eſt. Porro iuſticia ample
ſumpto vocabulo/cõpꝫatur ad deũ ⁊ ad ꝓ
ximũ. imo ⁊ ad ſeipꝫm ſicut ad alteꝝ. pro/
ut in penitẽtia fit. dũ ſpũs carnẽ ſubijcit
ſeruituti Sic erit defraudatio. vna ad de
um. altera ad ꝓximũ. tertia q̃ſi metaphori
ce dicta ad ſeipꝫm. Et primit⁹ de ꝓximi de
fraudatiõe (quia notior eſt) videamus. et
cõcluſiones deinceps miſceramus.

**Particula .XII.** a

Concluſio prima

Solicitudo pia/ conferẽtis tp̃alia
defraudat̃ ſi ſua intẽtio a recipiẽ/
te nõ ſeruet̃. hoc eĩ proprie ſonat
fraus ⁊ dol⁹/dũ p̃tendit̃ vnũ ⁊ fit alterum
Sic dr̃ de teſtatore q̃ fraudat⁹ eſt/ ſi ſua
differat̃ aut nõ impleat̃ intẽtio. neq́ȝ tñ ac
cipiẽda eſt de q̃uis intentõe Nõ enĩ cadit
ſub obligatõnis recta lege neq́ȝ intẽtio. ſi
ſaluti cõtraria. ſi moribꝫ abſona. ſi in de/
teriorẽ exitũ/ei⁹ obſeruatio ſit vẽtura q̃lis
eſſet intẽtio palã ſymoniaca vel vſuraria/
vel iuri ꝑiudicãs alieno. vl' deo ſanctiſq́ȝ
ſuis/non honeſta. Concluſio ſcd̃a.

Particula decimatertia.

Solicitudo pia conferẽtis tp̃alia/
dirigi dꝫ ad ſuſtentatiõem miſtri
illi⁹ tp̃alẽ faciendã/a q̃ ſpũalia req̃runtur:
Iſte ſiq̃dẽ iuſtus ꝓpri⁹ ⁊ verus eſt titulus

ſuſcipiendi ſpūalia. Et hoc ſupponatur
ad pñs tanq̄ deductū ſufficiēter in mate
ria de ſymonia dū de directōe cordis for/
ma daret. Atuero plerūq̄ fit/ vt mentiat
iniq̄tas ſibi. nūc p ignorantiā affectatā z
ideo culpabilē. nūc p negligentiā que nō
tantā ſolicitudine querit agēdoꝝ verita/
tem. Expedit igit ad pticulares deſcēdere
caſus. nō quidē ad oēs aut ſingl'oſ. hoc ei
nobis ēſt impoſſibile. qm̄ varij ſunt ſine
nūero. z ita varij q vna circūſtantiā qnq̄
poſita qnq̄ deficiēs/ iudiciū ſapiētis va/
riare cōpellit z hoc cū admiratōe paꝝ ſa/
piētis. nec ad oīa circūſpiciētis Queſiuit
vnus anachoritaꝝ a quodā patre. Pater
debeo tentatōes admittere aut ptin⁹ eas
abijcere. Admitte inq̄t. Acceſſit alter cum
eadē petitōe Abijce inq̄t nec admitte. Nō
ne ꝯria videri pñt. admitte. non admitte.
Sic apud ſapientē puerbioꝝ. xxvi. Ne re
ſpondeas ſtulto iuxta ſtulticiā ſuā Et ibi
dem. Rñde ſtulto iuxta ſtulticiā ſuā Sic
in euangelio de monſtrandis z nō mon/
ſtrandis opibus bonis habes.

Particula. xiiij.

Quia in re colligit/ vñ tam frequēs
error/ in moralib⁹ iudicijs venit.
Sunt q̄ ſolis intendūt generalib⁹ regul'.
vt ſunt puerbia. z auctoritates ſctōꝝum.
Sunt q̄ ad ſola ſingularia dant ſe totos
nullā ad pria principia reſolutōez facien
tes. q2 vel neſciūt. vel negligūt. aūt toti lit
terales et ſine ſpū/ carnales ſunt. vel exce/
cat eos ꝓpria malicia hec aut illa Sūt alij
circūſpecti ſimul z prudētes. q̄ ſingularia
caute colligūt. z ſapiēter ad regulas reſol
uūt generales. colligētes pariter q̄ fuerit
rō date legis qnq̄ p eleuatiōem mētis ad
regl'as diuinas. qnq̄ ad hūanas Primū
fit p virtutē quā vocat Ariſt. gnomicā Al
teꝝ p epikeiā. quā dicere poſſum⁹ bonam
eq̄tatē Et qm̄ rariſſimi ſunt tales circum
ſpecti (req̄rit eni cū eruditōe lōgus expiē/
tie vſus) nō expedit paſſim ab oīb⁹ q̄rere
ſolidū p moralib⁹ cōſiliū. neq̄ ſil'r pſume
re illō dare q̄ſq̄ dz. pſerti n̄ habita cū ſuis
circūſtantijs oīb⁹ vera caſus forma q̄ q̄rit

Particula. xv.

Et certe freqūēs iſtic ab inq̄rētib⁹
ſolet īteruenire defect⁹. Et cū ius
ex facto oriat/ q̄d mīꝝ ſi in rñſiōe fit dece/
ptio. Non quidē ſemp ex rñdentis. ſed ex
inq̄rentis vicio. aut crebrius ꝓpter fanta
ſiam paꝝ inſtructoꝝ. q̄ ſe palogiſant decī
piūt z ſophiſticāt. putātes caſus aliq̄s eē
ſil'es q̄s ex vnica qnq̄ circūſtantia addita
vel remota vel nō attēta/ conſtat prſus eē
diſſil'es vel aduerſos. Exēplā tacta ſunt.
Et apud medicinā dandā pz hoc vitium
dū vnus ſibi viſus arrogant perit⁹ ī hac
aut hac medicina dāda. applicabit vnā re
ceptā ad morbos ex cauſis oppoſitis or/
tos. nō attendēs q aliud quod ſanat cal/
caneū/ nō ſanat ſed excecat oculum.

## Particula. XVI

Omittam⁹ narratōnes ſup hac re
vulgares. nec referam⁹ q̄ iuſtā p/
inde rōem vel nō/ valeāt aduoca/
ri ptendere. dū caſum oēm ad ſe delatum.
iuſtificandū ſuſcipiūt Et veniam⁹ ad ali/
as cōcluſiones cū ſuis modificatōib⁹. in/
ueſtigādo pcipue/ de intētione ſuſtētātis
miniſtꝝ eccl'ie q̄ z q̄lis ſit tenēda. z q̄ et q̄/
lis ſit tenenda p eū qui ſuſtentat z recipit
ſiue ſit vnus ſiue ſint plures/ ſecularꝫ aut
religioſus. Et ſit concluſio. iij.

Particula. xvij.

Solicitudo pia cōferentis tpalia/
ſi vult pt/ in ſua generalitate ſuf/
fragia req̄rere Et ſub hac intētiōe ſola ſtā
do/ nō min⁹ merebit ſepe apō deū/ q̄ pti/
culari⁹ exigēdo Non hz pria ps dubita
tionē. Scda ps/ vtinā ſpūalib⁹ oculis
q̄les ſunt oculi colūbini ſponſi et ſponſe
in cāticis/ aſpiceret. qm̄ apō illos/ perſpi
cua eſſet. q̄ cognoſcunt oīa bñfactoꝝ oīm
